



## **Processus iudiciarius panormitani**

**Johannes <Urbach>**

**Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo**

Renunciatio p[ro]bationum ante conclusionem tamen

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70756)

iusmodi exceptionis et illos probabit si poterit per testes vel instrumenta

**R**enunciatio probationum  
ante conclusionem tamen

**P**ostquam autem ut premissum est in causa processus est. ut quia lis est contestata. iuramentum calumnie prestatum. dati sunt articuli et positiones et depositiones testium vel instrumentorum inducitur: exceptiones opposite replicationes formate et duplicationes subsecute: cum partes non habeant quid ulterius in causa proponant ulteriozibus proponendis renunciant et postulant in causa concludi. Et ista omnia sunt in actis redigenda de proba. c. quoniam. Et si una pars renunciat seu velit renunciare et alia dicit quod adhuc habet aliqua proponere quare dicit quod si vult renunciare tunc iudex assignabit ei terminum competentem infra quem proponat quicquid velit de quo in spe. de renun. in prin. Et videtur aliquibus quod idem sit renunciare et concludere: et hoc tenet Hof. de cau. pos. pastoralis: tamen tex. et Inno. in. c. quoniam de proba. ponunt illa ut diversa. Et quod eorum quodlibet sit actus per se. tenet Guil. in spe. de renun. conclu. in. x. et notatur. Et sic potest dici quod per renunciationem renunciatur probationibus et allegationibus factis per conclusionem inducitur renunciatio allegationum iurium. Dicit tamen Jo. an. in addi. specu. in loco preal. quod in renunciationibus huiusmodi sunt ponderanda verba et status cause et consuetudo fori: quia si fit renunciatio allegationum et omnium probabilium certum est quod ista renunciatio est conclusio: ut no. in ca. cum dilectus de fi. instru. in glo. i. Et ideo putat ipse si fiat renunciatio allegationem iuris et

73

facti et hoc quando status cause patit concludi Idem si  
habet consuetudo fori verbum allegationum comprehendere  
et factum et per illud solum concludi. et tunc renunciat  
allegationibus per hoc etiam intelligitur conclusum: de  
quo etiam per modernos in cle. spe de verbo. sign. pro  
test ergo sic registrari in actis renunciatio et conclusio  
per tabellionem. Anno tali die tali. Constitutis coram  
tali iudice partibus predictis puta tali actore et tali  
reo vel eorum procuratoribus ipse partes in causa hu  
iusmodi allegationibus vlterioribus mutuo renuncia  
uerunt petentes concludi in causa eadem. in qua etiam  
inquatum in eis erat concluderunt / unde iudex predictus  
huiusmodi renunciationem admittendo in ipsa causa  
cum eisdem partibus vlt earum procuratoribus ut pre  
fertur concludentibus et concludi petentibus et volentibus  
conclusit et habere voluit per concluso etc. Actum  
etc. Facta conclusione in causa amplius probationi non  
est locus etiam per instrumenta / ut in dicto. c. cum dilectus  
de fid. instru. Iudex tamen ex officio interrogare  
potest post conclusionem de facto si aliquid dubitationis  
fuerit. ut in. c. cum ioh. in. e. ti. sed hoc iudex non faciet  
ad petitionem partis: ut ibi nota. et in ca. in presentia. de  
proba. in fi. glo. iiii. et c. per tuas de testi. Quomodo autem  
fiant allegationes iuris tractat guil. in spe. de dispu.  
ci alle. per totum. Et sic sumus expediti de secunda  
parte principali ordinis iudicialis.

**C** Sequitur de sententijs interlocu  
torijs super emergenti pronuntiatis.

**H**ic tunc veniamus ad tertiam partem scilicet de  
sententia et alijs que eam sequuntur quoniam  
k. iij